Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

inserret, cum in genere de omnib. Arrestis, quo contingunt inter status Imp., loquatur & disponat ut causa ad ordinarium remittat.

Decimo nono. Ex eo ei argumentari potest, quod ea principalis in Camera non sit attentata, sed tantum mudum factum inspiciendum arrestantis & an pro no Imperio immediate subiecta. Nam hinc consequitur, quod pari ratione qualitas rei arrestatae in Camera disputari nequeat, cum hoc ad decisionem eae principalis pertineat.

Vigesimo. Constitutioni rerum in hac constitutione locum esse hinc convincitur apertissime, Nam ipsa data verba testantur, Aut Arrestantur bona subditi aut bona status, Arrestatio bonorum subditi, aut fit in territorio Magistratus vel principis sui aut alieno vel saltem litigioso territorio, priori casu constitutionis locus minime erit, ga subditus contra principem suum non poterit obtinere processum; Ordinis statuum autem tam latius erit, ut contra seipsum processus petere velit, Ergo posterior constitutio locum obtinebit, Aliqn penitus fieret mentio subditorum, similiratione de statibus statuendum.

Hemo enim statuum tam mepens fuerit, ut res proprias in suo territorio sibi ipsi arrestet,

aut alijs